

Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De
Imitatione Christi Libri Qvatvor**

Thomas <von Kempen>

Antverpiæ, 1617

Cap. VI. De lætitia bonæ conscientiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](#)

porale reputaueris. Nil magnum , nil
 altum, nil gratum , nil acceptum tibi
Eccle. i. sit, nisi pure Deus, aut de Deo sit. To-
 tum vanum existima , quidquid con-
 solationis occurrit de aliqua creatura.
 Amans Deum anima, sub Deo despi-
 cit vniuersa. Solus Deus æternus &
 immensus, implens omnia , solatium
 animæ, & vera cordis lætitia.

CAP. VI.

De lætitia bonæ conscientiæ.

1. Cor. i. **G**LORIA boni hominis , testi-
 monium bonæ conscientiæ.
 Habe bonam conscientiam , & habe-
 bis semper lætitiam. Bona conscientia,
 valdè multa potest portare , & valdè
Sap. 17. læta est inter aduersa. Mala consci-
 entia , semper timida est & inquieta .
 Suauiter requiesces , si cor tuum te
 non reprehenderit. Noli lætari , nisi
 quum benefeceris. Mali numquam
 sentiunt pacem : quia non est pax im-
Luc. 12. piis, dicit Dominus. Et si dixerint: In
Isai. 57. pace sumus , non venient super nos
 mala: & quis nobis nocere audebit ?

Ne

credas eis : quoniam repente exurget
ira Dei , & in nihilum redigentur a-
etius eorum , & cogitationes eorum
peribunt.

2 Gloriari in tribulatione , non est *Rom. 8.*
graue amanti : sic enim gloriari , est *Gal. 6.*
gloriari in cruce Domini. Brevis glo- *Ioan. 5.*
ria, quæ ab hominibus datur , & acci-
pitur. Mundi gloriam , semper comi-
tatur tristitia. Bonorum gloria, in con- *2. Cor. 3.*
scientiis eorum , & non in ore homi-
num. Iustorum lætitia , de D e o , & in
Deo est: & gaudium eorum , de veri-
tate. Qui veram & æternam gloriam
desiderat , temporalem non curat . Et
qui temporalem requirit gloriam , aut
non ex animo contemnit , minus ama-
re conuincitur cælestem . Magnam
habet cordis tranquillitatem , qui nec
laudes curat , nec vituperia.

3 Facilè erit contentus & pacatus ,
cuius conscientia munda est. Non es
sanctor , si laudaris: nec vilior , si vitu-
peraris. Quod es , hoc es ; nec maior
dici vales , quam (Deo teste) sis . Si at-
tendis , quid apud te sis intus , non cu-
rabis , quid de te loquantur homines.
Homo videt in facie , Deus autem in *1. Reg.*

D 3 corde. *16.*

corde. Homo considerat actus, Deus
verò pensat intentiones. Benè semper
agere, & modicum de se tenere, humili-
lis animæ indicium est. Nolle conso-
lari ab aliqua creatura, magnæ purita-
tis, & internæ fiduciæ, signum est.

2. Cor. 10. 4 Qui nullum extrinsecus pro se
testimonium quærit, liquet quòd to-
taliter se Deo commisit. Non enim,
qui seipsum commendat, ille proba-
tus est (ait B. Paulus) sed quem Deus
commendat. Ambulare cum Deo in-
tus, nec aliqua affectione teneri foris,
status est interni hominis.

CAP. VII.

De amore Iesu super omnia.

Ps. 118. 1 **B**EATVS, qui intelligit, quid sit
amare Iesum: & contemnere se-
Denuo. 6. ipsum, propter Iesum. Oportet dile-
Mat. 22 ctum pro dilecto relinquere, quia Ie-
sus vult solus super omnia amari. Di-
lectio creaturæ fallax & instabilis: di-
lectio Iesu, fidelis & perseverabilis.
Qui adhæret creaturæ, cadet cum
labili: qui amplectitur Iesum, firma-
bitur in æuum. Illum dilige, & ami-
cum